

riei, quæ si passus est Roboamus, nihil ingenio accidere potuit acerbius, nihil regni personæ indecorum et indignum magis. Eo etenim barbarus hic princeps insolentiæ processit, ut reges, quos armis superasset, ad currum jungeret triumphalem, et eâ inusitatâ pompâ supra reges se esse, atque supra homines videretur. Hujus pompæ immanis planè, et barbaræ meminit Plinius lib. 33, cap. 2; Diodorus lib. 2; Lucanus lib. 10:

*Venit ad occasum, mundique extrema Sesostis,
Qui Pharios currus regum cervicibus egit.*

Hæc ego vera esse non credo, quia horum nullum apparet in sacrâ Scripturâ vestigium, neque cum rege eâ ratione superato satis aptè conveniunt, quæ statim de Roboamo dicuntur, cujus parùm post hanc victoriam videtur aut potestas fracta, aut obscurata majestas. (1)

VERS. 29. — RELIQUA AUTEM SERMONUM ROBOAM, ET OMNIA QUÆ FECIT, ECCE SCRIPTA SUNT IN

(1) VERS. 26. — ET TULIT THESAURUS DOMUS DOMINI, etc. Sesac diripuit Jerusalem, non tamen eam evertit, tum quia in Jerusalem inventa sunt opera bona poenitiæ, scilicet religionis, deprecationis, sacrificiorum, elemosynarum, quibus viri pi eversionem deprecati sunt à Deo, 2 Paralip. 12, 12, tum quia rex Roboam videns Sesac vastare Judæam, cum suis respuit, dicens: *Justus est Dominus, ut dicitur 2 Paral. 12, 6, ubi et additur: Cùmque vidisset Dominus, quod humiliati essent, factus est sermo Domini ad Semeiam dicens: Quia humiliati sunt, non disperdam eos, daboque eis pauxillum auxilii, et non stillabit furor meus super Jerusalem per manum Sesac. Verumtamen servient ei, ut sciant distantiam servitutis mee, et servitutis regni terrarum; quid scilicet intersit inter servire Deo, et servire homini puta Sesac regi. Deus enim suos servos dicit et exultat; Sesac verò deprimit et spoliatur. Denique ibidem de Roboam, v. 14, dicitur: Fecitque malum, et non præparavit cor suum ut quæreret Dominum.* (Corn. à Lap.)

VERS. 27. — TRADIDIT EA IN MANUM DUCUM SCUTARIORUM, nempe corporis custodum. Hebraeus ad litteram: *In manu principum cursorum, seu custodum corporis.* Phrasid hæc, *in manu,* designat sæpè locum, atque in hunc sensum Aquila et Symmachus interpretantur. Clypeos hosce Roboamus posuit in aula principum, qui corporis custodibus præerant. (Calmet.)

VERS. 28. — *Lorsque le roi entra dans la maison du Seigneur, etc.* Il paraît par là, dit un interprète, que Roboam n'avait pas entièrement abandonné le culte de Dieu, mais qu'il unissait, par un mélange de sacrilège, l'adoration du Seigneur avec celle des idoles, ce qui n'arrive que trop souvent dans l'Eglise, où l'on mêle aussi une apparence extérieure de religion avec toutes les passions à qui l'Apôtre a donné le nom d'idoles, lorsqu'il nomme l'attaché criminelle que l'on y a, une véritable idolâtrie. (Sacy.)

LIBRO SERMONUM DIERUM REGUM JUDA. Quæ sint hæc verba dierum, sive regum Juda, sive regum Israel, diximus in prolegomenis ad hos libros Regum. Ex quibus in libris Paralipomenon sumpta sunt plurima, quorum hic aliquid adducemus, ne quid desit ex Roboami historiâ, quod alio nobis loco referendum sit. Primum ex cap. 11 lib. 2 Paral. habemus multas civitates muratas ædificasse, id est, curâsse ut mœnibus cingerentur, quibus præposuit viros, qui illas tuerentur et regerent, curavitque ne horreis, quæ in singulis civitatibus extruxit, cibaria decessent ad vitam necessaria, neque in armamentariis scuta, atque hastæ. Uxores habuit decem et octo, et in his Maacha filiam Absalomis, ex quâ suscepit Abiam, quem ex omnibus sui loco regem suffecit, quia magis illum administrando regno putabat idoneum. Præter has, sexaginta concubinas habuit. Ex his porro viginti octo suscepit filios, et filias sexaginta, et ad finem usque vitæ cum Jeroboamo pugnavit. Sed cum hæc fecerit, in quibus aliquid videretur apparere consilii, non tamen ita suam, aut publicam rem administravit, ut evitaret rudis, aut stolidi nomen. Quod ipse etiam Abias objecit parenti, à quo appellatus est rudis, et homo cordis pavidus. Sed de illo gravius habemus judicium Eccles. c. 47, v. 27, ubi sic de Salomone: *Et dereliquit post se de semine suo gentis stultitiam, et imminutum à prudentiâ Roboam, qui avertit gentem consilio suo.*

Quam impiè vixerit Roboam, gentisque suæ mores non solum malè vivendi permissâ licentiâ, sed etiam exemplo vitæ pessimo corruerit, paulò ante diximus ad versum 22. Neque videtur per idoneam poenitentiam respuisse: tum quia de illâ nihil habemus ex Scripturâ; tum etiam, quia obstinati in suâ iniquitate animi aliquod apparet in Scripturâ vestigium. Nam lib. 2 Paralip. cap. 12, v. 14, fecisse dicitur malum, neque de poenentiâ, aut quærendo Deo cogitasse: *Fecit autem malum, et non præparavit cor suum, ut quæreret Dominum.* Quod esse extremæ impoententiæ non obscurum indicium in hunc locum Paralipomenon putat Abulensis quæst. 21. Hæc sunt quæ de Roboami vitâ ac moribus, rebusque gestis dicere habui. Alia omitto, quæ, quia leviora sunt, non puto, à nobis lector desiderabit. (1)

(1) VERS. 30. — FUIT BELLUM INTER ROBOAM ET JEROBOAM CUNCTIS DIEBUS. Non semper quidem in armis et inimicitiiis perseveratum est. Scimus

CAPUT XV.

1. Igitur in octavo decimo anno regni Jeroboam filii Nabath regnavit Abiam super Judam.

2. Tribus annis regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Maacha filia Abessalom.

3. Ambulavitque in omnibus peccatis patris sui quæ fecerat ante eum, nec erat cor ejus perfectum cum Domino Deo, sicut cor David patris ejus.

4. Sed propter David dedit ei Dominus Deus suus lucernam in Jerusalem, ut suscitet filium ejus post eum et statueret Jerusalem.

5. Eò quòd fecisset David rectum in oculis Domini, et non declinasset ab omnibus quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ suæ, excepto sermone Uriæ Hethæi.

6. Attamen bellum fuit inter Roboam et Jeroboam omni tempore vitæ ejus.

7. Reliqua autem sermonum Abiam et omnia quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro Verborum dierum regum Juda? Fuitque prælium inter Abiam et inter Jeroboam.

8. Et dormivit Abiam cum patribus suis, et sepelierunt eum in Civitate David. Regnavitque Asa filius ejus pro eo.

9. In anno ergo vigesimo Jeroboam, regis Israel, regnavit Asa, rex Juda;

10. Et quadraginta et uno anno regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Maacha, filia Abessalom.

11. Et fecit Asa rectum ante conspectum Domini, sicut David pater ejus.

12. Et abstulit effeminatos de terrâ, purgavitque universas sordes idolorum quæ fecerant patres ejus.

13. Insuper et Maacham matrem suam amovit, ne esset princeps in sacris Priapi et in luco ejus quem consecraverat; subvertitque specum ejus, et confregit simulacrum turpissimum, et combussit in torrente Cedron;

enim, in exordio regni Roboamum prohibitum à Deo fuisse, ne moveret in Jeroboamum; et Abia ita depingit Roboamum: *Porro Roboam erat rudis et corde pavidus, nec potuit resistere eis, nempe rebellibus.* Neque tamen id prohibet, quominus toto regni tempore similtas et dissi-

CHAPITRE XV.

1. La dix-huitième année du règne de Jéroboam, fils de Nabath, Abiam régna sur Juda.

2. Il régna trois ans dans Jérusalem. Sa mère se nommait Maacha, et était fille d'Abessalom.

3. Il marcha dans tous les péchés que son père avait commis avant lui; et son cœur n'était point parfait avec le Seigneur, son Dieu, comme l'avait été le cœur de David, son père.

4. Cependant le Seigneur, son Dieu, lui donna, à cause de David, une lampe dans Jérusalem, en suscitant son fils après lui pour soutenir Jérusalem.

5. Parce que David avait fait ce qui était droit et juste aux yeux du Seigneur, et que dans tous les jours de sa vie il ne s'était point détourné de tout ce qu'il lui avait commandé, excepté ce qui se passa à l'égard d'Urie, Héthéen.

6. Il y eut néanmoins toujours guerre entre Roboam et Jéroboam tant que Roboam vécut.

7. Le reste des actions d'Abiam et tout ce qu'il fit est écrit au livre des Annales des rois de Juda. Et il se donna une bataille entre Abiam et Jéroboam.

8. Après cela, Abiam s'endormit avec ses pères, et on l'ensevelit dans la ville de David. Et son fils Asa régna en sa place.

9. La vingtième année de Jéroboam, roi d'Israël, Asa, roi de Juda, commença son règne.

10. Il régna quarante-un ans dans Jérusalem.

dia utrumque hoc regnum inter se committerent, atque hostilibus sese mutuò similitatibus lacesserent, quanquam nunquam eò ventum est, quantum scimus, ut aperto et justo bello utrinque decertaretur. Juda et Israel hostilibus sese et oculis et animis invicem insectabantur.

VERS. 31. — DORMIVIT ROBOAM CUM PATRIBUS SUIS, ætatem agens octo et quinquaginta annorum, regni decem et septem. Princeps regimini parùm aptus, cui omnia deerant, sapientia, robur, religio; quorum loco erant ferocia, superbia, festinatio in consiliis. Laude aspergendus est aliqua ex sollicitudine muniendi urbes ditiosis suæ, atque armamentaria et cellaria condendi. Substitit primò in Sichem; deinde sedem Hierosolymam transtulit. Uxores habuit duodeviginti, concubinas sexaginta, è quibus duodeviginti filii, et filia sexaginta. Maacha filia Absalomi maximè ebata fuit inter ejus uxores, cæterisque filiis Roboam præposuit Abiam, sibi ex Maachâ genitum, quem et regni successorem habuit. Roboami historiâ litteris mandarunt prophetae Semeias et Addô. (Calmet.)

14. Excelsa autem non abstulit. Verumtamen cor Asa perfectum erat cum Domino cunctis diebus suis :

15. Et intulit ea quæ sanctificaverat pater suus et voverat in domum Domini, argentum et aurum et vasa.

16. Bellum autem erat inter Asa et Baasa, regem Israel, cunctis diebus eorum.

17. Ascendit quoque Baasa rex Israel in Judam, et ædificavit Rama, ut non posset quispiam egredi vel ingredi de parte Asa regis Juda.

18. Tollens itaque Asa omne argentum et aurum quod remanserat in thesauris domus Domini et in thesauris domus regis, dedit illud in manus servorum suorum; et misit ad Benadad filium Tabrimon filii Hezion, regem Syriæ, qui habitabat in Damasco, dicens :

19. Fœdus est inter me et te et inter patrem meum et patrem tuum : idè misi tibi munera, argentum et aurum, et peto ut venias, et irritum facias fœdus quod habes cum Baasa rege Israel, et recedat à me.

20. Acquiescens Benadad regi Asa misit principes exercitus sui in civitates Israel; et percusserunt Ahion, et Dan, et Abel-Domum-Maacha, et universam Cenneroth, omnem scilicet terram Nephthali.

21. Quod cum audisset Baasa, intermisit ædificare Rama, et reversus est in Thersa.

22. Rex autem Asa nuntium misit in omnem Judam, dicens : Nemo sit excusatus. Et tulerunt lapides de Rama et ligna ejus quibus ædificaverat Baasa, et destruxit de eis rex Asa Gabaa Benjamin et Maspha.

23. Reliqua autem omnium sermonum Asa, et universæ fortitudines ejus, et cuncta quæ fecit, et civitates quas destruxit, nonne hæc scripta sunt in libro Verborum dierum regum Juda? Verumtamen in tempore senectutis suæ doluit pedes.

24. Et dormivit cum patribus suis, et

Sa mère s'appellait Maacha, fille d'Abessalom.

11. Et Asa fit ce qui était droit et juste aux yeux du Seigneur, comme avait fait David, son père.

12. Il chassa de ses terres les efféminés; il purgea Jérusalem de toutes les infamies des idoles que ses pères y avaient dressées.

13. Il ôta aussi l'autorité à sa mère Maacha, afin qu'elle n'eût plus l'intendance des sacrifices de Priape et du bois qu'elle lui avait consacré; il renversa la caverne où il était honoré; il brisa cette idole infâme, la brûla, et en jeta les cendres dans le torrent de Cédron.

14. Cependant Asa ne détruisit pas les hauts lieux. Et toutefois son cœur était parfait avec le Seigneur pendant tous les jours de sa vie.

15. Il porta aussi dans la maison du Seigneur ce que son père avait consacré à Dieu, l'argent et l'or, et les vases qu'il avait fait vœu de donner.

16. Or, il y eut guerre entre Asa et Baasa, roi d'Israël, tant qu'ils vécurent.

17. Et Baasa, roi d'Israël, vint en Juda, et bâtit la forteresse de Rama, afin que personne ne pût sortir ni entrer dans les états d'Asa, roi de Juda.

18. Alors Asa, prenant tout l'argent et l'or qui étaient demeurés dans les trésors de la maison du Seigneur et dans les trésors du palais du roi, les mit entre les mains de ses serviteurs, et les envoya à Bénadad, fils de Tabrimon, fils d'Hézion, roi de Syrie, qui demeurait à Damas, et lui fit dire :

19. Il y a alliance entre vous et moi, comme il y en a eu entre mon père et le vôtre. C'est pourquoi je vous ai envoyé des présents, de l'argent et de l'or; et je vous prie de venir, et de rompre l'alliance que vous avez avec Baasa, roi d'Israël, afin qu'il se retire de dessus mes terres.

20. Bénadad, s'étant rendu à la prière du roi Asa, envoya les généraux de son armée contre les villes d'Israël; et ils prirent Ahion, Dan, Abel-Maison-de-Maacha, et toute la contrée de Cenneroth, c'est-à-dire toutes les terres de Nephthali.

21. Baasa ayant ouï cela, cessa de bâtir Rama, et s'en revint à Thersa.

22. Alors le roi envoya dans tout Juda, disant : Que tous, sans exception viennent à Rama. Et toutes les pierres et tout le bois que Baasa avait employés à bâtir Rama ayant été emportés, le roi Asa l'employa à bâtir Gabaa en Benjamin et Maspha.

sepultus est cum eis in Civitate David, patris sui. Regnavitque Josaphat filius ejus pro eo.

25. Nadab verò filius Jeroboam regnavit super Israel anno secundo Asa, regis Juda; regnavitque super Israel duobus annis.

26. Et fecit quod malum est in conspectu Domini, et ambulavit in viis patris sui et in peccatis ejus quibus peccare fecit Israel.

27. Insidiatus est autem ei Baasa filius Abiæ de domo Issachar, et percussit eum in Gebbethon (quæ est urbs Philistinorum), siquidem Nadab et omnis Israel obsidebant Gebbethon.

28. Interfecit ergo illum Baasa in anno tertio Asa regis Juda, et regnavit pro eo.

29. Cumque regnasset, percussit omnem domum Jeroboam; non dimisit ne unam quidem animam de semine ejus, donec deleteret eum, juxta verbum Domini quod locutus fuerat in manu servi sui Abiæ Silonitis,

30. Propter peccata Jeroboam quæ peccaverat et quibus peccare fecerat Israel, et propter delictum quo irritaverat Dominum Deum Israel.

31. Reliqua autem sermonum Nadab et omnia quæ operatus est, nonne hæc scripta sunt in libro Verborum dierum regum Israel?

32. Fuitque bellum inter Asa et Baasa, regem Israel, cunctis diebus eorum.

33. Anno tertio Asa, regis Juda, regnavit Baasa filius Abiæ super omnem Israel in Thersa, viginti quatuor annis.

34. Et fecit malum coram Domino, ambulavitque in viâ Jeroboam et in peccatis ejus quibus peccare fecit Israel.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — Igitur octavo decimo anno regni Jeroboam, filii Nabath, regnavit Abiam. Regnavit Jeroboamus, ut capite 14, versiculo 20 diximus, viginti duos annos, quare quatuor annos antequam ille regno defungeretur et vitâ. Cujus cum tres annos tantum durârit dominatus, consequens est, ut post Abiam mortem, uno anno Jeroboamus Israeliticum tenerit imperium. Quomodo verò dicatur

25. Le reste des actions d'Asa, et toutes les entreprises où il signala sa valeur, tout ce qu'il fit, et les villes qu'il bâtit, tout cela est écrit au livre des Annales des rois de Juda. Il eut une grande maladie aux pieds dans sa vieillesse.

24. Et il s'endormit avec ses pères, et fut enseveli avec eux dans la ville de David, son père. Et Josaphat, son fils, régna en sa place.

25. La seconde année d'Asa, roi de Juda, Nadab, fils de Jeroboam, commença de régner sur Israël; et il régna deux ans.

26. Il fit le mal devant le Seigneur, et il marcha dans les voies de son père et dans les péchés qu'il avait fait commettre à Israël.

27. Mais Baasa, fils d'Abias, de la maison d'Issachar, lui tendit des embûches et le tua près de Gebbethon, qui est une ville des Philistins, que Nadab et tout Israël assiégeaient alors.

28. Baasa tua donc Nadab, et régna en sa place, la troisième année du règne d'Asa, roi de Juda.

29. Baasa, étant devenu roi, tua tous ceux de la maison de Jeroboam : il n'en laissa pas vivre un seul de sa race jusqu'à ce qu'il l'eût exterminée entièrement, selon que le Seigneur l'avait prédit par Abias, Silonite, son serviteur.

30. Et ceci arriva à cause des péchés que Jeroboam avait commis et qu'il avait fait commettre à Israël, et à cause du péché par lequel ils avaient irrité le Seigneur, Dieu d'Israël.

31. Le reste des actions de Nadab, et tout ce qu'il fit, est écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

32. Et il y eut une guerre entre Asa et Baasa, roi d'Israël, tant qu'ils vécurent.

33. La troisième année d'Asa, roi de Juda, Baasa, fils d'Abias, régna sur tout Israël, dans Thersa; et son règne fut de vingt-quatre ans.

34. Et il fit le mal devant le Seigneur, et il marcha dans la voie de Jeroboam et dans les péchés qu'il avait fait commettre à Israël.

nihilominus duobus annis regnasse post Abiam mortem, dicemus statim ad versicul. 19. Quare toto vitæ tempore hostem habuit vicinum et acerrimum, quocum penè continenter, sicut ante patet, bellum gereret.

VERS. 2. — NOMEN MATRIS EJUS MAACHA, FILIA ABESSALOM (1). Multi nomen illud duobus pu-

(1) « L'auteur sacré, dit Voltaire, dit que la reine Maacha était mère du roi Abia,

tant esse commune, et negant hunc Abessalom esse Davidis filium, qui aliter vocatur Absalom. Sanè Absalom dicitur libro 2 Paralipomenon capite 11, versiculo 21, ubi hæc Maacha filia dicitur Absalom. Mihi penè certum est Abessalomem, seu Absalomem istum filium esse Davidis. Sic enim Scriptura de Absalome loquitur, quasi homine notissimo, cum nullam addat notam, quæ illius genus, seu ordinem manifestet; quia nempe ex libro secundo satis erat non solum contribulibus, sed etiam alienis ac remotissimis notus. Et facit quod Absalomis mater filia regis Gessur Maacha dicebatur: quare causam aliquam habuit Absalom, cur idem filia nomen indiderit. Hoc nomen antea lib. 2 Reg. cap. 14, v. 27, filia Absalomis putabamus esse proprium; nam ibi Thamar appellatur, quod existimabamus esse cognomen illi à populo propter eximiam pulchritudinem impositum: sicut etiam putabamus uxorem Joachim appellatam esse Susannam propter pulchritudinem; Susanna enim lilium vocatur; et Esther Edissam, quæ vox myrtum valet, utraque autem planta speciosissima est. Sic ergo Maacha Absalomis filia propter egregiam speciem Thamar est à populo nominata, quæ vox palmam significat. Et eadem fortassè de causâ soror etiam Absalomis, quam oppressit Amnon, Thamar est appellata, cum aliud nomen prius habuerit à parentibus inditum. Alius fuit Abessalom, et alia Maacha illius filia, de quâ statim.

VERS. 3. — AMBULAVIT IN OMNIBUS PECCATIS PATRIS SUI. Id penè solum habemus de Abia, et quod toto vitæ tempore, quod sanè fuit exiguum, nempe triennii, bellum gessit cum Jeroboamo. Libro porrò 2 Paral. c. 23, oratio refertur gravissima, quam habuit Abias, tum ad suos, quos ad aciem adduxerat, tum ad illos, qui contra eum cum Jeroboamo ex adverso consisterant. Quâ suos sic excitavit, ut à Deo sperarent summa omnia, à quo inimici defecerant impiè atque inverecundè; et tandem insignem victoriam obtinuerint, in quâ et ensuite il dit qu'elle était mère du roi lélet (Asa.) Il n'est point impossible qu'il y ait eu plusieurs femmes qui aient porté le nom de Maacha. Il paraît même que c'était le nom que portaient les filles aînées des rois de Gessur. La mère d'Absalom s'appelait déjà de même. Suivant les exemplaires grecs, cette difficulté disparaît; ils nomment Maacha la mère d'Abia, et Ana, la mère d'Asa. Les manuscrits hébreux sur lesquels ils ont été faits, portaient donc, aux versets dixième et treizième du chapitre quinzième du troisième livre des Rois, Ana, et non Maacha. (Duclot.)

ex Jeroboami exercitu quingenta hominum millia desiderata sunt. Quâ clade sic fuerunt decem tribus attritæ, ut per multos annos contra cognatas tribus nihil tentaverint hostile. Hæc in illo cap. 13.

VERS. 4. — SED PROPTER DAVID DEDIT EI DOMINUS DEUS SUUS LUCERNAM. Dignus erat Abias propter vitam ad Roboami potiùs impii, quam ad Davidis piissimi exempla, institutam, quem Dominus extingueret, neque ex stirpe pessimâ ullum germen pullulare pateretur, sed tam illi fuit Davidis jucunda memoria, et tam fidelis illi facta promissio, ut lucernam, id est, præclaram sobolem indulserit scelerato nepoti, nempe Asam, de quo statim multa, et lib. 2 Paralipomenon cap. 14, 15 et 16. Quid sit lucerna, et cur filii vocentur lucerna parentum, diximus supra cap. 11, vers. 36, et latius lib. 2, cap. 14, ad illud: *Querunt extinguere scintillam meam*. Neque unum filium tantum suscepit Abias, qui lib. 2 Paralip. c. 13, vers. 21, ex quatuordecim uxoribus viginti dicitur habuisse filios, et sexdecim filias.

VERS. 5. — EÒ QUÒD FECISSET DAVID RECTUM IN OCVLIS DOMINI, ET NON DECLINASSET AB OMNIBUS, QUÆ PRÆCEPERAT EI CUNCTIS DIEBUS VITÆ SUÆ, EXCEPTO SERMONE URIE (1). Quomodo

(1) *David ne s'était point détourné tous les jours de sa vie de tout ce que le Seigneur lui avait commandé, excepté ce qui se passa touchant Urie. On demande comment l'Écriture dit ici que David avait toujours fidèlement pratiqué les préceptes du Seigneur, hormis en ce qui s'était passé à l'égard d'Urie, puisqu'il l'offensa en tant d'autres occasions, comme dans le dénombrement du peuple, qui fut suivi d'une punition si sévère; dans le jugement injuste qu'il rendit contre Miphoboseth, et dans la cruelle résolution qu'il avait prise de tuer toute la famille de Nabal, pour le refus qu'il lui avait fait de l'assister. Sur quoi un savant théologien, Estius, et les autres interprètes, disent que le Saint-Esprit a parlé ici seulement des deux crimes de l'adultère et de l'homicide que commit David, parce qu'ils étaient absolument inexcusables, aussi bien devant les hommes que devant Dieu, au lieu que les autres pouvaient bien en quelque sorte s'excuser humainement, comme ce qu'il fit à Miphoboseth, sur la faiblesse de l'esprit de l'homme, qui se laisse quelquefois surprendre par la malice des méchants; le dénombrement du peuple, sur ce que d'abord il ne crut point offenser Dieu, et qu'il ne sentit le remords de sa conscience, comme parle l'Écriture, qu'après son péché; et enfin la vengeance qu'il voulait prendre de Nabal, sur l'extrême brutalité de cet homme, qui, sans le moindre respect pour David, s'était emporté avec les derniers excès contre lui. Mais il faut avouer aussi que la grande humilité et la pénitence si parfaite de ce prince couvrait alors tellement*

cum alia David peccata commiserit, in causâ tamen Uriæ tantum declinasse dicatur à præceptis Domini, diximus lib. 1 Reg. cap. 43, à numero 49, neque aliquid succurrit novi, quod addamus. Attamen bellum fuit inter Roboam et Jeroboam omni tempore vitæ ejus. Jam hoc tempore, quo agitur de regno Abiæ, extinctus fuerat Roboam: quare ergo sacer historicus nunc bellorum meminit, quæ toto vitæ tempore inter Roboamum et Jeroboamum commissa sunt? Aliqui putant Roboamum patronymicè pro Roboamide poni, id est, pro Abiâ, qui Roboamo patre natus est. Est enim hoc et apud sacros, et apud profanos scriptores frequentissimum, ut absque ullâ mutatione patronymicè parentum nomina pro filiorum nominibus usurpentur. Quo modo Dardanus pro Dardanide, Danaus pro Danaide, et Teuceri, et Troes millies pro illis, qui à Teucro et Troe propagati sunt. In sacris sæpè Christus Israel dicitur, et David, quia Davidis, et Israelis filius fuit. Vide quæ nos pluribus in nostris Commentariis super Acta, ad illud capitulum 7, versiculo 16: *Quod emit Abraham pretio argenti*, ubi hoc ipsum Roboami adduximus exemplum. Vide item nostros Commentarios super Ezechielem cap. 34, versiculo 25, ad illud, *servum meum David*. Neque hæc mihi explicatio displicet. Sed est fortassè alia commodior, si ita accipias, quia Davidis Domino accepta merita, et grata memoria, concessit illi lucernam in Israel, id est, posteros, qui regnum tenerent Israeliticum, sed nihilominus illorum errata noluit esse etiam aux yeux de Dieu tout le mal qu'il avait fait, qu'il semble que l'Écriture ne parle même qu'avec peine des deux plus grands crimes qu'il eût commis. Elle relève toujours, au contraire, la droiture de son cœur, et ne manque point de le proposer partout comme ayant été parfait devant le Seigneur, parce qu'en quelques péchés qu'il soit tombé, il est revenu si parfaitement à Dieu, a lavé ses crimes avec tant de larmes, et en a été pénétré toute sa vie d'un si vif regret, et d'un souvenir si sensible, qu'il a, pour le dire ainsi, forcé le Seigneur d'oublier tous ses péchés pour ne plus envisager que sa pénitence et l'ardeur de son amour. C'est ce qui doit être d'une grande consolation pour tous ceux qui, ayant suivi David dans ses crimes, l'imitent ensuite dans la ferveur et dans la sincérité de sa pénitence. *Si secutus es errantem*, disait autrefois saint Ambroise à Théodose-le-Grand, *sequere penitentem*. (Puisque vous avez péché comme David, faites aussi pénitence comme il l'a faite.) Ce sera alors que Dieu, oubliant tous vos péchés, ne se souviendra plus que des vertus par lesquelles vous effacerez à ses yeux toutes vos impuretés passées. (Saey.)

dum regnum obtinerent, impunita. Nam Roboam quamdiu vixit, nunquam habuit pacatum imperium, cum à Jeroboamo quotidianis vexaretur insultibus; et idem etiam accidit Abiæ, qui exiguum illud tempus, in quo cum potestate fuit, non habuit à bello, vel à sollicitudine vacuum. In hanc porrò explicationem libentiùs abeo, quia frustra priori loco actum esset de Abiâ Roboamitide, cum statim de illo in eadem sententiam futurus esset sermo. (1)

VERS. 9. — IN ANNO ERGO VIGESIMO JEROBOAM, REGIS ISRAEL, REGNAVIT ASA, REX JUDA. Usitatum est in Scripturâ sacrâ, ut annus inceptus aut omittatur interdum, aut sumatur pro completo, ex quo fit ut non idem in Scripturâ earundem rerum adhibeatur numerus. Anno decimo octavo Jeroboami regnasse dicitur Abias, et ejus imperium fuisse triennale. Quare finitum fuisse oportuit anno vigesimo primo Jeroboami, si tres integros Abiæ tribuamus imperio. Sed aut decimus octavus annus Jeroboami imperfectus fuit, et connumeratus Abiæ pro pleno, aut vigesimus imperfectus, quasi plenus foret, datus est Asa. Quare verum est à decimo octavo Jeroboami anno triennale fuisse regnum Abiæ, et à vigesimo inchoasse regnum Asa.

VERS. 10. — NOMEN MATRIS EJUS MAACHA FILIA ABESSALOM. Sicut mater Abiæ Maacha dicebatur Abessalomis filia, sic etiam idem nomen habuit uxor Abiæ, et mater Asa, quæ etiam patrem habuit, qui vocabatur Abessalom, qui sanè ab aliis fuere diversi, licet utrisque fuerit

(1) VERS. 6. — BELLUM FUIT INTER ROBOAM ET JEROBOAM, OMNI TEMPORE VITÆ EJUS. Suspicantur plures, nomen Roboami irrepisse pro Abiam, vel saltem Roboamum usurpari hic pro ejus familiâ et successoribus; quemadmodum sæpè nomina David, Israel, et Abraham posita leguntur pro principibus familiæ Davidicæ, ac posteris Israelis et Abrahami, uti apud profanos scriptores Dardanus, Danaus, Teucer sunt illorum successores. Sed hanc solutionem nulla necessitas urget; constat enim Roboamum et Jeroboamum mutuas fovisse simulas; quod ut animadvertetur, res ipsa posebat. Vetus erat simulas et domestica. Legimus in Paralipomenis historiam cruenti prælii inter Asam et Jeroboamum, in quâ victor Asa hostium quingenta millia cæcidit. Id autem fregit ad eò superbiam Israelitarum, ut nihil majoris momenti in Judam movere diù valuerint. (Calmet.)

VERS. 7. — FUITQUE PRÆLIUM INTER ABIAM ET INTER JEROBOAM. Illud enarratur fusè 2 Paralip. 13, ubi dicitur Abiam in aciem eduxisse 400 millia, Jeroboam verò 800 millia, cumque hi, utpote plures, illos cingerent, ipsos invocasse Deum, ac ejus ope ex 800 millibus cæcidisse 500 millia. (Corn. à Lap.)